

solvisset, posset repetere: vide Joannem de Imol. in capit. *pervenit*, col. 5. et 6. *de fidejussor*. Alexand. consil. 220. col. 2. vol. 2.

(4) *Esso mismo*. Id est, prædicta procedunt, non solum in exceptionibus rei coherentibus, ut doli mali, vel metus causa, vel non numerata pecuniæ; sed etiam si talis exceptio sit acquisita ex facto debitoris, vel fidejussoris, seu aliàs, ut hic, et in l. *defensiones* 11. C. *de exceptione*. Undè si exceptio jurisjurandi delati fidejussori non opponatur ab eo, non aget contra debitorem: quia juramentum habet vim solutionis, l. *in duobus* 28. §. 1. et l. fin. in fin. D. *de jurejur.* non tamen idem erit si fidejussor sit absolutus per sententiam: quia tunc non prodest principali debitori, ut est magis communis conclusio Bartol. et aliorum in dicta l. *in duobus*, §. 1. et in dict. l. final. D. *de jurejur.* vide ibi per eos, et per Socin. in dicta l. *defensiones*, col. pen. et fin. si tamen sententia sit lata pro principali, proficiet fidejussori, si fidejussor habiturus erat regressum contra eum, ut in dicta l. fin. ubi Bart. et in dict. l. *defensiones*.

(5) *Tambien a el*. Et notat, quod etiamsi reus nolit uti, vel non fuit usus tali exceptione; tamen fidejussor poterit ea uti, ut notat Gloss. et ibi Bald. in l. fin. C. *de fidejussor. minor*. et gaudet fidejussor tali exceptione, etsi obtulerit se ad fidejussionem non rogatus, ut est casus notabilis in l. *si mulier contra Senatus consultum* 16 §. fin. D. *ad Vellejan.* et tenet Bald. in l. 1. C. *ad Vellejan.* et potest fidejussor opponere exceptionem, etiam reo invito, ut in l. *si stipulatus esse* 15. D. *de fidejussor.* et notat Gloss. ubi vide per Bald. in l. *tam mandatori*, C. *de nou numer. pecun.* col. fin. ubi tradit, an si reus fateatur numeratam fuisse pecuniam, possit fidejussor excipere de non numerata pecunia: et multa notabilia ad materiam hujus legis videbis per Bald. per totam lectionem illius legis. Nota etiam, quod tenetur reus dare fidejussori probationes ad hujusmodi exceptiones, ut in l. *creditor* 52. D. *de action. empti*, et notat Bart. in l. *exceptione*, D. *de fidejussor.* et potest petere fidejussor a reo, etiam pendente lite, ut det sibi expensas ad litem, seu pecuniam pro expensis, quia ejus negotium gerit, secundum Bart. ibidem. Et quid si exceptio, quæ semel competit tam debitori, quam fidejussori, postea cesset in debitore? Vide textum notabilem, et quod ibi notat Bartol. in l. fin. D. *de pactis*.

(6) *O al fiador*. Intellige, quando pactum de non petendo factum fidejussori, fuit etiam, quod neque peteretur a reo, ut in l. *idem* 25. in fine, cum l. sequenti, D. *de pactis*: sectis si fuit personale tantum in personam fidejussoris; licet si fieret principali debitori, in fidejussorem porrigeretur, ut hic, et in l. *et hæredi* 21. §. fin. D. *de pactis*.

(7) *Del fiador*. Adde l. *idemque* 10 §. *generaliter* 12. et l. *si fidejussor* 29. §. fin. D. *mandati*, et l. pen. et fin. §. *si mulier*, D. *ad Vellejanum*, et intellige, etiamsi scienter non opponat, ut hic habetur, et tenet Azo in summa C. *mandati*, col. pen.

(8) *A la persona del principal*. Exempla habes in l. *exceptiones* 7. in princ. D. *de exceptione*. et in l. *et si fidejussor* 24. D. *de re juat.* et in l. *nisi hoc actum* 22. D. *de pactis*.

(9) *Si la ouiesse puesta*. Innuit ista lex, quod fidejussor potest opponere de exceptione personali personæ debitoris tantum; et sic videtur sibi contrariari, cum supra dixit, *e non al que fizo la fiadura*; et quia tam Azo C. *mandat.* in summa, column. antepenult. quam Gloss. in l. *si fidejussor*, §. *quædam*, D. *mandati*, et C. eod. l. *si pro ea*, dicunt, quod neque si fidejussor velit, potest opponere de tali exceptione. Potest dici, quod est dabilis casus, in quo, licet in fidejussorem non transeat talis exceptio personalis, tamen per indirectum potest de ea opponere, et esset elidere intentionem creditoris agentis, ut in casu l. *nisi hoc actum* 22. D. *de pactis*. Nam, licet directò non possit fidejussor opponere de pacto taxativè facto in persona debitoris, potest tamen per obliquum, uti volens beneficio novæ constitutionis, vel cedendarum actionum; et sic in effectu excluderetur actor, cum non possit cedere, neque convenire principalem debitorem, ut vult ibi Gloss. et Alberic. et Bart. declarant: et sic vult singulariter ista lex, quod licet in casu isto istis remediis poterat fidejussor repellere creditorem agentem; si tamen noluit his remediis uti, et sol at, nihilominus poterit agere contra principalem debitorem, pro quo fidejussit; quod est singulare.

(10) *Tenudo es*. Limita, et intellige, nisi habuit facultatem certiorandi, et conveniendi reum, ut sua uteretur personali exceptione, et non fecit: nam tunc non posset agere contra principalem, ut in l. *idemque* 10 §. *generaliter* 12. D. *mandat.* Gloss. in dict. §. *quædam*, et in dict. l. *si pro ea*, et Azo ubi supra.

LEY XVI.—Como la fiadura non se desata por muerte del fiador (a).

Muriendo el fiador, tambien fincan obligados sus herederos (1) para cumplir la fiadura, como lo era el mismo quando era vivo: e todas las defensiones, e todos los derechos, que diximos en las leyes ante desta, que ha el fiador por si, todos fincan otrosi a sus herederos, en la manera que el mismo las deuia, o podia auer (b). Otrosi dezimos, que si el fiador, o sus herederos pagassen la debda, que eran tenudos de pagar, de su voluntad, sin juyzio, e sin premia ninguna; que tambien es tenudo aquel por quien entro fiador, de darles lo que assi pagaron, como si lo ouiessem pagado por premia que les ouiessem fecho por juyzio. Pero si acaeciesse, que lo pagassen ante del plazo (2), non lo pueden demandar fasta el dia que señalaron para pagarlo.

(a) L. 12, tit. 18, lib. 3 del F. R.

(b) El que contrata lo hace por sí y por sus herederos, que son los sucesores lo mismo en las obligaciones que en los derechos.

LEY XVI.—Hæredes fidejussoris tenentur, sicut ipse, et habent easdem exceptiones, sicut ipse, si viveret, haberet, et opponeret: et si sine judicio solvant, agent contra reum principalem; nisi ante tempus solverent, quia tunc expectabitur tempus. Hoc dicit.

(1) *Herederos*. Adde l. *fidejussoris* 24. C. eod. et §. 2. *Instit. de fidejussor.* ubi vide per Glossam, quid si facta fuit fidejussio in causa criminali: vide etiam per Angel. in tractatu *maleficior.* in parte *pro quibus Antonius fidejussit*: et similiter, mortuo principali, etiamsi moriatur sine hærede, durat obligatio fidejussoris, l. *sine hærede* 52. in princ. D. *de admin. tutor.* l. 1. §. *idem Pomponius* 14. ubi vide Bart. D. *depositi*.

(2) *Ante del plazo*. Adde l. *si mandavero tibi, ut in diem* 22. princip. et in §. 1. D. *mandati*.

LEY XVII.—Quantos plazos deve auer aquel que fio a algund ome, de fazerle estar a derecho; para aduzirlo (a).

Acusado (1) seyendo algun ome sobre algun mal fecho, si entrasse otro fiador por el, delante del Rey (b), o de alguno de los otros que se judgan por su mandado, obligandose so pena cierta, a traerle a derecho a dia señalado; deuelo aduzir aquel dia, que cumpla de derecho, a aquel que le acusa. E si por aventura acaeciesse, que lo non pudiesse fallar, deve auer otro tanto de plazo (2), para buscarle, e aduzirlo ante del Judgador, quanto fue el plazo primero a que lo ouo de aduzir, si fue menor de seys meses. E si por aventura fue el plazo de seys meses, deve auer otro tanto para buscarle. E si no le pudiere fallar, o no le traxere a derecho, fasta el año cumplido (3), entonces es tenudo de pechar la pena a que se obligo.

(a) L. 9, tit. 18, lib. 3 del F. R.

(b) Actualmente no se verifica este caso ante el Rey, porque no puede administrar justicia. Véase nuestra nota 2.^a á la L. 52, tit. 18, P. 3.

LEY XVII.—Si quis sub pœna fidejussit, reum criminis judicio sisti ad certam diem; si ad illam illum non potuit invenire, habet aliud tantum tempus ad querendum eum, sicut in termino primo fuit appositum, si fuit minus sex mensibus; et si fuerunt sex menses, habebit alios sex: et si isto anno completo eum ad judicium non duxerit, solvet pœnam promissam. Hoc dicit.

(1) *Acusado*. Ex isto verbo, et ex verbo statim sequenti, *sobre algun mal fecho*, colligitur, quod ista lex loquitur de fidejussore promittente reum sistere in causa criminali; et sic aperte vult, quod l.

sancimus, de qua sumpta est, intelligatur sic; et sic approbat opinionem Gloss. ibi, dum tenet, quod locum habet l. *sancimus* in causa criminali: et licet illa opinio non approbetur ibi per Doctor. imò alia opinio Gloss. super verbo *pecuniariam*, scilicet, quod l. *et si post tres* 8. D. *si quis caution.* loquatur principali promittente se sistere; l. verò *sancimus* in fidejussore promittente alium sistere, et ista sit communis opinio in dicta l. et si post tres 8. et in dict. l. *sancimus*; tamen ut hic vides, et etiam habetur in l. 56. supra tit. prox. intelligitur dict. l. *et si post tres*, et procedit etiam in fidejussore promittente alium sisti in causa civili: si verò causa sit criminalis, procedit, quod hic habetur, et in dicta lege *sancimus*. Tene ergò menti istam legem, et etiam dict. l. 56. nam Doctores communiter intelligunt dictam l. *sancimus*, quod loquatur tam in fidejussore in causa civili, quam in causa criminali. Vel dic, quod dicta l. *et si post tres*, et l. 56. supra tit. prox. procedant, quando tam principalis, quam fidejussor promiserunt de judicio sisti ad certam diem; quod et colligitur ex verbis dictæ l. 56. cum dicit, *Que le ayudaria, etc.* et ibi: *Fiasse a otro, etc.* et sic quod tunc tam principalis, quam fidejussor teneantur æqualiter: hæc verò lex, et l. *sancimus*, procedant, quando aliquis promittit aliquem absentem præsentare Potestati ex causa civili, vel criminali: iste enim taliter promittens, non dicitur fidejussor propriè, sed impropriè, quasi in fide sua eum recipiens: et isto modo dicebat concordari dictas leges Ricardus Malumbre, Doctor antiquus, quem refert, et sequitur Albericus in dicta l. *sancimus*. Primus tamen intellectus, ut distinguatur de causa civili ad criminalem, magis videtur consonare verbis hujus legis supra ponderatis, et propter verba dictæ l. 56. quæ etiam comprehendere videntur casum, quando sine principali fidejussor promitteret; et ratio diversitatis potest esse, quia facilius est fidejussori representare reum in causa civili, quam in criminali, cum communiter rei criminum fugiant judicium, ut in cap. *nullus* 4. *de presumption.* Vel dic, quod quando reus, et fidejussor insimul promiserunt, seu fidejussor accessit obligationi principalis, nulla sit differentia, an sit in causa civili, vel criminali; et procedat, quod habetur in dict. l. 56. si verò fidejussor principaliter se obligat, et promittat de perse, de representando reum in judicio in causa criminali; tunc procedat, quod hic, in ista lege habetur: si verò faciat in causa civili, procedat, quod habetur in dict. l. 56. et iste intellectus colligitur ex multis verbis hujus legis, ibi: *Obligandose so pena cierta a traerle, etc.* et ex l. sequenti. in princip. ibi: *En la manera que diximos en la ley ante desta*: vide quæ dico infra in l. sequenti.

(2) *Otro tanto de plazo*. Concordat cum dicta l. *sancimus* 26. C. *de fidejus.* et procedit hoc etiamsi fidejussor juraverit, secundum Baldum in l. *qui crimen*, in 11. questione, C. *qui accusare non possunt*, et vide Jason. in l. *si insulam*, 18. col. vers. in 5. questione Bart. D. *de verb. oblig.*

(3) *El año cumplido*. Quando primus terminus fuit sex mensium; nam si fuit minor, illo et alio tantumdem elapsis, committeretur pœna, ut hic, et habetur in dicta l. *sancimus*, vers. *si autem et secunda*.

LEY XVIII.—Como el fiador puede defender en juyzio a aquel que fio, para aduzirlo a derecho (a).

El que entra fiador por otro, en la manera que diximos en la ley ante desta, desque passare el plazo primero, a que lo ouiere a aduzir a derecho, bien puede, si quisiere, defenderle (1) en juyzio, sobre aquella cosa de que fue acusado, o emplazado. E esto puede fazer, fasta que sea acabado el segundo plazo. E despues que començare a defender en juyzio non se puede dexar ende, fasta que el pleyto sea acabado; maguer muriesse entretanto aquel por quien fiziesse la fiança. E si por aventura (2) fallaren en verdad, que non era en culpa aquel que fio, es porende quito de la fiadura. E si fuere fallado que era en culpa, entonces deve el fiador pechar a la otra parte, la pena (3) que su obligo, con todos los daños, e los menoscabos quel vinieron por esta razon (4). Mas si aquel por quien fue fecha la fiadura,

T. III.

deue (5) alguna cosa dar, o fazer, sobre que era emplazado, deuela pechar, o fazer el fiador, con los daños, e los menoscabos que le vinieron a la otra parte por esta razon. E pechando esto non es tenudo de la pena a que se auia obligado, pues que lo defendio en juyzio, fasta que la sentencia fue dada.

(a) LL. 13 y 14, tit. 18, lib. 3 del F. R.

LEY XVIII.—Si fidejussor, primo termino elapso, vult pro reo suscipere defensionem, auditur, nec potest eam postea termino veniente dimittere: et si reus invenitur sine culpa, absolvitur fidejussor; aliàs solvet pœnam promissam, et interesse: sed si reus ad aliquid dandum, vel faciendum, tenebatur, illud solvendo, liberatur a pœna fidejussor, ex quo eum defendit usque ad sententiam inclusive. Hoc dicit.

(1) *Defenderle*. Cum ista lex non distinguat, an procedet, etiamsi causa criminalis sit gravis, in qua veniat imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, vel relegationis perpetuæ, juxta l. 12. tit. 5. Part. 3. Videtur, quod sic, ex generalitate hujus legis; de mente tamen Gloss. in l. penult. §. 1. in glos. super parte *procurator*, est contrarium, et hoc vult etiam Joan. de Imol. ibid. colum. 12. Fortè posset dici, quod ut fidejussor relevetur a pœna, possit reum defendere in quocumque crimine, et quod ita sit de mente hujus legis, quia potius videtur se defendere, quam reum.

(2) *E si por aventura*. Nota hæc verba usque ad finem legis, nam per ea suppletur, et declaratur dict. l. *sancimus*, vers. *sed si quidem*, ubi ista non habentur.

(3) *A la otra parte la pena*. Et sic pœna applicatur parti, ut hic vides: sed intellige, ut per Bart. in l. *si quis reum*, vers. *item quero*, D. *de custod. reorum*.

(4) *Por esta razon*. Scilicet propter maleficium; et sic consequitur accusator ultra pœnam damna, quæ habuit ex maleficio, seu propter delictum.

(5) *Deue*. Ex his verbis videtur innui, quod lex præcedens, et etiam ista, locum habeant, etsi fidejussor fuit assumptus in causa civili; et quod verba posita in principio legis supra proximæ non requirant de necessitate, quod causa sit criminalis, sed quod gratia exempli sunt posita: et ideo fortè intellectus secundus, quem ibi dedi super gloss. 1. videtur verior: et comprobatur hoc, qui l. supra proxima, cum dixit, *Acusado, e sobre algun mal fecho*, non voluit excludere, quod ejus dispositio etiam non habeat locum in causa civili; sed possuit dicta verba ad tollendum dubium: de quo per Gloss. in l. penult. §. 1. D. *de public. judic.* videlicet, an l. *sancimus* procedat etiam in causa criminali, et per Specul. titul. *de accusatione*, §. fin. col. 4. vers. *sed quid si fidejussor*.

LEY XIX.—Como se desata la fiadura, muriendo aquel a quien auian fiado para aduzirlo a derecho; e que pena meresce el fiador, si es vivo, e no lo trae, a los plazos que lo deuiera traer (a).

Finandose aquel a quien ouiesse alguno fiado de aduzir a derecho, ante que se cumpliesse el primero plazo a que lo deuiera aduzir en juyzio, non es tenudo el fiador, de la pena a que se obligo. Mas si muriesse despues del primer plazo (1), tenudo es de pechar la pena. E si por aventura, alguno entrasse fiador por otro, non se obligando a cierta pena, mas para traerlo a juyzio tan solamente (2) a dia señalado; si aquel dia non lo aduziesse a juyzio, puede el Juez condenarle en alguna pena cierta de dineros, por pena que peche, segun su aluedrio. E si pudiere saber por verdad, que el fiador enganosamente lo fizo, que lo pudiera traer a juyzio, e non quiso; entonces le deve poner mayor pena (3), que si de otra guisa lo fiziesse. Otrosi dezimos, que si alguno entrasse fiador por otro (4) para traerlo a derecho, non señalando fasta qual dia, nin seyendo fecha escritura; entonces, si aquel que recibio la fiadura, non demanda

al fiador, que aduzga aquel que fio, fasta dos meses (5), dende adelante es quitto el fiador; fueras ende, si la fiadura fuesse fecha, sobre pleyto que pertenesciesse al Rey (b), o al Comun de algun Concejo; o si fuesse ende fecha escritura publica. E si la fiadura fuesse fecha en qualquier destas razones, dura fasta tres años (6); e si fasta los tres años non demanda al fiador, que a luzga a juyzio a aquel que fio, dende en adelante es quitto de la fiadura, e non le pueden despues apremiar por ello.

(a) L. 9, tít. 18, lib. 3 del F. R.

(b) Es decir, al Estado, porque el Reyno tiene actualmente ese privilegio.

LEX XIX. — Si reus in primo termino moriatur, non tenetur fidejussor ad pœnam promissam; si verò post primum terminum moriatur, tenetur ad pœnam; sed si pœna non fuit promissa, et die præfixa reum non duxerit, condemnatur in quantitate certa arbitrio iudicis: si autem nec dies, nec scriptura intervenit, tunc si creditor non petit fidejussori, quod reum exhibeat, usque ad duos menses, liberatur a fidejussione; nisi fidejussor intercedat super re, vel pacto Regis, vel communitatis: quia tunc usque ad tres annos fidejussor tenetur, non ultra. Hoc dicit.

(1) *Despues del primer plazo.* Et sic probatur hic, et in l. *sancimus* 26. C. eodem, à qua ista sumpta est, quòd impedimentum superveniens tempore moræ purgandæ non excuset à pœnam commissam; quòd tamen intellige, ut eleganter per Bart. in l. *si insulam*, col. pen in 7. quæst. D. *de verbor. oblig.* et ibid. per Jason. 19. col.

(2) *Tan solamente.* Ortum habet ista lex à l. *si quis reum* 4. D. *de custod. reorum*, et à notatis per Specul. tit. *de accusatione*, §. fin. col. 3. in princ. versic. *sed si dedit fidejussorem*: et cum ista lex loquatur simpliciter, videtur, quòd sit intelligenda, etiamsi sit fidejussor in causa civili, et sic extendatur dispositio dicte l. *si quis reum*.

(3) *Mayor pena.* Arbitrio iudicis, ut in dict. l. *si quis reum*, et tradit Glos. in cap. *cum homo*, 25. quæst. 3.

(4) *Por otro.* Quid si pro se quis promittat de iudicio sisti, vide per Glos. et Doctor. in l. *si servus*. D. *de diversis, et tempor. præscript.*

(5) *Dos meses.* Intellige si fuit negligens in inchoando litem infra istos duos menses; nam si lis fuit inchoata, tenebitur fidejussor usque ad sententiam, ut in l. *græcè* 8. §. *et post litem* 5. D. eod. non data negligentia in prosecutione litis: ita declarat Bart. et Alberic. in l. *si fidejussor*, C. eod. de qua lex ista sumpta est. Et si talis fidejussio facta fuit respectu certæ litis motæ, vel movendæ, procedit hoc planè. Quid autem si fiat simpliciter, et non erat lis, cujus occasione fuerit facta promissio, sed facta fuit ex alia causa? Dic ex mente Doctorum in dict. l. *si fidejussor*, quòd est idem: nam si in causa privata non inchoet litem usque ad duos menses, non tenebitur fidejussor; in causa verò publica, vel quando fidejussio fuit facta in scriptis, tenebitur usque ad triennium, ut hic declaratur; et lite mota infra triennium tenebitur usque ad sententiam, ut in dict. l. *græcè*.

(6) *Tres años.* Approbat opinionem secundam Azon. C. eodem in summa circa finem, et reprobat opinionem, quòd perpetuò posset conveniri in his casibus fidejussor, quæ erat communis: sed cum hodie de jure Canonico, et etiam de consuetudine non servetur istud de triennio, quo elapso expirabat instantia, juxta l. *properandum* 15. C. *de judic.* l. 9. tit. 9. *Partit.* 6. videtur dicendum, quòd adhuc habeat locum ista lex, cum in hoc neque de jure, neque de consuetudine reperitur abrogata; et sic licet non expiret instantia respectu partium, expirabit respectu hujus cautionis de iudicio sisti, ex quo actor fuit negligens tanto tempore in conveniendo fidejussorem. Si tamen lis moveretur intra triennium, et non detur negligentia in recipiente cautionem; tunc, cum duret cautio usque ad sententiam, ut dixi in gloss. proxim. non expirabit cautio per lapsum triennii, ex quo non perit instantia. Et advertet, quòd id quod hic habetur, est diversum ab eo, quòd habetur in l. 5. tit. 11. lib. 5. *Ordin. Regal.* nam ista lex designat tempus, infra quod liberatur fidejussor à promissione de iudicio sisti, ita ut non cadat in pœnam; lex verò prædicta Ordinatorum loquitur, si pœna sit commissa contra fidejussorem, quòd debet peti pœna infra annum, et postea peti non poterit.

LEX XX.—De la cosa que vno manda fazer a otro, a pro de si mismo.

Fazen algunos omes por mando de otros algunas cosas a las vegadas, porque finca cada vno dellos obligado, tambien aquel que lo faze, como aquel otro que lo manda (1); que es otra manera de obligacion, que es semejante de la fiadura. E esto puede ser en cinco maneras (2). La primera es, quando el mandamiento es a pro tan solamente de aquel que manda fazer la cosa. E esto seria, como si vn ome mandasse a otro, que le recabdasse todas las cosas que ouiesse en algun lugar; o le mandasse comprar, o fazer alguna cosa señaladamente; o que entrasse fiador por el; o le mandasse fazer alguna otra cosa semejante destas. Ca, si aquel a quien manda fazer la cosa, recibe el mandamiento (3), tenuto es de cumplirlo. E si alguna cosa pechar, o pagare, o despendiere (4), en cumplir el mandamiento, tenuto es otrosi de gelo pechar, aquel por cuyo mandado lo fizo. Otrosi dezimos, que si aquel que recibe el mandamiento faze algun engaño, en non cumplirlo, o por su culpa (5) viene daño al otro; que es tenuto de pecharle todo el daño, que le viniere por razon del: ca tal mandamiento como este reciben los omes, vnos de otros, por fazerles amor, e non por fazerles daño.

LEX XX.—Quando mandatum fit ad commodum mandantis tantum, mandatarius illud acceptans tenetur implere, et de dolo, et culpa tenetur mandanti; et si in executio.e mandanti expendit, recuperat à mandanti. Hoc dicit.

(1) *Aquel otro que lo manda.* Contra hunc datur actio mandati, quæ dicitur contraria, ut in l. *si vero non remunerandi* 12. §. *contrario* 7. D. *mandat.* et habetur *Instit. de pœna temerè litigant.* §. 2. vers. *item tutelæ*, et in l. *etiam*, 4. C. *mandat.*

(2) *Cinco maneras.* Ortum habet à l. 2. D. *mandat.* et *Instit.* eodem, in principio.

(3) *Recibe el mandamiento.* Adde l. *si mandavero* 22. §. fin. D. *mandat.* et *Instit.* eod. §. *mandatum* 11. ubi habetur, quòd re integra potest renuntiare etiam sine causa; et ita intelligit Joan. Fab. l. *si quis*, §. 1. D. eodem Alberic. tamen post Jacob. Butricar. in dic. §. fin. vult contrarium; imò, quòd neque re integra sit in libero arbitrio mandatarii renuntiare, et ita intelligit dictam l. *si quis alicui*, §. 1. D. eodem: et istud plus placet, et videtur probari hic, et in Clement. 1. *de procurator.*

(4) *Despendiere.* Adde l. *si vero non remunerandi* 12. §. *si mihi mandaveris* 9. D. *mandati.*

(5) *Por su culpa.* De omni culpa intellige, etiam levissima, quando mandatum requirit exactissimam industriam, l. *à procuratore* 13. C. *mandat.* ubi Cui. Alberic. et cæteri, et tradit Alexand. cons. 41 col. 3. vol. 5.

LEY XX.—De la cosa que manda fazer alguno, a pro de otro tercero tan solamente, o a pro de si, e de otro.

Mandando vn ome a otro fazer alguna cosa, que non fuesse a pro de aquel que lo mando, nin de el que recibio el mandado, mas de otro tercero; esta es la segunda manera de que fablamos en la ley ante desta. E esto seria como si dixesse: Mandote, que recibas las cosas que ha fulan en tal lugar; o que le compres, o que le fagas tal cosa (diziendolas señaladamente), o que entre fiador por el; o le mandasse fazer otra cosa semejante destas. Ca, si aquel a quien mandan fazer esto, recibiesse el mandado, por fazer gracia, e amor aquel que gelo manda; deuese trabajar de cumplirlo, quanto pudiere bien e lealmente. E si alguna cosa pagare, o pechar, o despendiere en razon deste mandado, tenuto

es de gelo fazer todo cobrar, aquel (1) que gelo mando fazer. E si algun daño recibio este tercero, por cuyo pro se faze el mandado, o por engaño, por culpa de aquel que recibio el mandado, pueden demandar a aquel (2) que lo mando fazer; e es tenuto de gelo pechar. Pero quanto pechar por esta razon aquel que fizo el mandamiento, bien lo puede demandar a aquel que recibio el mandamiento; e el es tenuto de lo pechar, pues que por su culpa (3), o por su engaño vino. La tercera manera de mandamiento es, quando manda fazer vn ome a otro alguna cosa, por pro de si mismo, e de otro tercero alguno. E esto seria como si dixesse: Mandote, que recibas las cosas que auemos yo e fulan en tal lugar, o que compres tal viña; o que fagas tal cosa para mi, e para el; o que entres fiador por nos; o que le mando fazer otra cosa semejante destas: Ca, si aquel a quien mando fazer esto, recibe el mandado, tenuto es de lo cumplir bien e lealmente. E si alguna cosa pechar, o despendiere, aquel que recibio tal mandamiento, por razon del, tenuto es de gelo pechar todo, aquel que gelo mando fazer. Otrosi, el otro a quien nombro en el mandado deve y dar su parte, si lo que assi pecho entro en pro del (4). E si aquel que recibio el mandado, fizo algund engaño, en aquello que ovo de fazer, o de recabdar, o por su culpa viene daño, o menoscabo en ello; tenuto es de lo pechar, aquel de quien recibio el mandado.

LEX XXI.—Quando mandatum fit ad commodum tertii tantum, illud acceptans, tenetur legaliter adimplere; et expensas in ejus executione factas, tenetur ei mandans facere recuperari; et damnum, quod tertius habuit dolo mandatarii, recuperat tertius à mandante, et ipse à mandatario: si tamen mandatum fit ad commodum mandantis, et alterius tertii, est per mandatarium recipientem fideliter adimplendum; et recuperat expensas ibi factas à mandante; et tertius tenetur ad earum partem, si conversæ fuerunt in ejus utilitatem; et de damno dato ejus culpa, vel dolo tenetur mandanti. Hoc dicit.

(1) *Aquel.* Et debent cedi mandatarium, mandatori actiones contra illum tertium, ut in l. *si quis alicui* 27. §. fin. D. *mandati*: sed an teneatur sibi actione negotiorum gestorum ille, in cujus utilitatem mandatarius negotia gessit? Videtur, quòd sic, ut infra l. proxim. et ibi notavi.

(2) *A aquel.* Actione negotiorum gestorum, quasi iste mandans negotia gesserit istius tertii, ut in l. *si mandavero* 22. §. *si curator* 10. D. *mandat.*

(3) *Por su culpa.* Et actione mandati aget, ut supra l. proxima, et C. *de negot. gest.* l. *si mandatum* 14.

(4) *En pro del.* Approbat opinionem Azo C. *de negot. gest.* in summa circa princ. versic. *item portet*, et vide per Albericum, et Paul. de Cast. in l. *si mandatum*, C. *de negot. gest.* et per Glos. in l. 3. §. fin. D. *de negot. gest.*

LEY XXII.—De la cosa que manda fazer vn ome a otro, a pro de amos a dos.

Por gracia, e a pro de aquel que manda, e de aquel que rescibio el mandamiento, puede ser mandada fazer alguna cosa; e esta es la quarta manera de que fezimos emiente de suso. E esto seria, como si alguno ouiesse menester marauedis, e rogasse, o mandasse a algun Judio (1), que le dicesse, o le emprestasse estos marauedis a ganancia, a el o a su mayordomo, o a su personero, de aquel que lo mando fazer. Tal mandado como este es a pro del que lo manda fazer, porque se apro-

uecha de los marauedis, en aquellas cosas que manda fazer a su mayordomo, o a su personero. Otrosi es a pro del que rescibe el mandado, porque le den ganancia de los marauedis que presto. E porende dezimos, que aquel que manda esto fazer, es tenuto de pagar los marauedis, con la ganancia, a quel que rescibe el mandado del. Ca, pues su mayordomo, o su personero, los rescibe por mandado del, tenuto es, como si el mismo los rescibiesse. La quinta manera de mandamiento es, quando vn ome a otro manda que faga, o de alguna cosa, a pro tan solamente de aquel que rescibe el mandado, e de otro tercero. E esto seria, como si alguno mandasse a otro que dicesse sus marauedis a ganancia a otro tercero, nombrandolo. En tal caso como este dezimos, que si este que dio los marauedis, non los pudiesse cobrar de aquel que los rescibio, que los puede demandar despues, a aquel que gelos mando dar. Esso mismo seria, si alguno mandasse a otro, que prestasse cierta quantia de marauedis a otro tercero, sin ganancia (2), o otro pro que esperasse aver del prestamo.

LEX XXII.—Quando mandatum fit gratia mandantis, et mandatarii, ut si mando, quòd mutues procuratori meo pecuniam sub certo lucro; tunc tenetur mandans, pecuniam cum lucro feneratori tertio solvere; et quotquot recipit procurator, idem est, ac si dominus reciperet. Cum verò mandatum fit gratia mandatarii, et alterius tertii, ut si mando, quòd Titio mutues sub lucro, vel alio modo; tunc si pecuniam non poteris recuperare, tenebor ego tibi actione mandati. Hoc dicit. Habuit ortum à §. *tua* 5. *Instit. de mandato*, et à l. 2. §. *tua et mea* 4. D. eod. tit.

(1) *A algun Judio.* Permittit ergò hæc lex judæis feneratori; imò, ut inferius subditur, compellit mandantem ad solutionem usurarum. Sed contra hoc videtur text. in cap. *post miserabilem* 12. et cap. *quanto* 18. *de usur.* ubi habetur, quòd neque judæi possunt usuras exercere, cum etiam veteri lege usuræ sint prohibitæ, et hoc maxime si exigantur per judæos à christianis; et ibi etiam injungitur Principibus secularibus, ut super hoc judæos prohibeant, et damnantur omnia statuta, et consuetudines, quibus præstat favor exactioni usurarum, ut in Clement. 1. *de usur.* et non potest super hoc dispersari, ut in cap. *super eo* 4. ubi Abb. *de usur.* et dicit Bald. in l. *cunctos populos*, col. 3. vers. *sed juxta hoc quero*, C. *de Summa Trinit. et Fide Cathol.* quòd neque propter bonum publicum potest Imperator dispensare, permittendo usuras, et idem dicit Bald. in authent. *ad hæc*, C. *de usur.* et nullo jure permitti debet usurarum exactio, etiam propter aliquod temporale bonum quod indè oriatur, vel propter aliquod malum quod indè vitaretur, ut latè tradit Joan. Andr. in regula *peccat. m. in mercurialibus, de reg. jur.* lib. 6. Potest dici, quòd temporibus harum legum ex generali consuetudine, et permissione Summi Pontificis, et ejus fortè concessione propter aliquam causam, permittebatur judæis in isto Regno feneratori; et de mente aliquorum Doctorum est, ut super hoc teneat concessio Romani Pontificis propter bonum publicum, et justam causam, ut est de mente Petri de Auchar. consil. 545. incipit *christianissime, et illustris Princeps*, et consuluit Alexand. in 1. consil. vol. 2. incipit *circa primum*, et consil. 107. ejusdem vol. *pro investigatione*, ubi refert se vidisse super hoc multas concessiones Apostolicas, quibus permittebatur quibusdam Principibus licentia conveniendi cum judæis, quòd habeant ibi usuras exercere, secundum consuetudines præteritas: et quòd hoc possit Papa facere, et concedere ex causa in aliquibus partibus, tradit planè Alexand. in utroque consilio; mihi tamen videtur, non decere Papam id facere, quia nec infideli occasio peccandi est danda, ut patet 2. *Regum*, 12. cap. Hodiernis verò temporibus desunt judæi, qui feneratorum, quos, secundum eum, magis convenit Judæos baptizatos appellari, qui sub nomine cambii palliantes usuras, fœnora acerbissima exercent, prob dolor! ita ut illud Psalmi impleatur, *et non defecit de*